



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 26. Petrus de Arcis quasdam propositiones revocare jussus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

„Sacerdotalis Ordinis, & literarum Sæc. XVII.  
„contemptum ejusmodi replent homi- A.C. 1624.  
„nibus, qui nil aliud, quam elemo-  
„synas latino sermone petere callent.  
„Si ergo Vestra Majestas Universitates  
„suas sartas servare velit, Jesuitis con-  
„cedere nequit, id quod tot artificiis,  
„importunitate & violentia petunt, &  
„deinceps petere non desistent, donec  
„omnes Universitates, aliunde rediti-  
„bus exhaustas everterint, ac Proce-  
„rum patrocinio suffulti ad sua Colle-  
„gia transtulerint., Hæ rationes Lu-  
dovico Regi tam æquæ videbantur, ut  
die vigesima septima Septembris habitu  
Sanctiori Senatu Jesuitis jurium Aca-  
demicorum usurpationem inhiberet,  
& Tolosanus Senatus eosdem ab actio-  
nis jure excluderet.

§. XXVI.

*Petrus de Arcis quasdam propositio-  
nes revocare jussus.*

Die vigesima secunda Novembris Pe-  
trus de Arcis Carmelitarum Præ-<sup>Argentre</sup>  
sentatus coram sacra Facultate Theo-<sup>l. c.</sup>  
logica comparuit, ut de nonnullis pro-  
positionibus sinistre intellectis rationem  
redderet, prius tamen Prior & Regen-  
tes Carmelitani palam profitebantur,  
se ad summum Pontificem provocatu-  
ros,

Sæc. XVII. ros, si quid ipsorum privilegiis, ac præ A. C. 1624 cipue tenori Bullæ Sabbatinæ adversum concluderetur. His peractis Petrus quosdam protulit Authores, ex quibus ea, quæ sibi objiciebantur, ad verbum excerpserat, alii quoque Carmelitæ in Bullario diploma Pauli V. continens privilegium per Joannem XXII. Carmelitano Ordini concessum exhibebant: quoniam vero Authores, quos Petrus protulit, hasce propositiones cum multis restrictionibus proposuerint, ipsumque Pontificis diploma Beatæ Virginis suffragia & auxilia duntaxat commendasset, hinc Petrus interposita juramenti Religione sequentes revocabat propositiones, quarum prima erat hæc:

*Unigenitus non de nihilo creatus, sed de substantia Patris rationem habente potentias subjectivæ, per modum formæ, non materialiæ, ab æterno genitus est.*

II. *Ad peccati Originalis traductionem hoc tantum requiritur, quod homo per veram Generationem ab Adamo descendat.*

III. *Abfit, quod in Beatis aut in Damnatis reperiri posse peccatum veniale dicamus, hanc propositionem quoad particulam in Damnatis revocabat Petrus.*

IV.



- IV. *Christus Regnum temporale de jure Sæc. XVII.*  
*etiam humano consecutus est, nam a A. C. 1624.*  
*Davide & Salomone, quorum stirpe*  
*& Regia linea nunquam excisa est, sic-*  
*ut carnem ita & thronum accepit.*
- V. *Possunt Beatæ Virginis Basilicæ erigi,*  
*hæc propositio censebatur æqui-*  
*voca.*
- VI. *Pium est Beatam Virginem vere &*  
*proprie & non per similitudinem non*  
*solum ex liberali & effusa erga illam*  
*Dei voluntate, sed ipso jure naturali*  
*Reginam & supremam Imperatricem*  
*appellare.*
- VII. *Beata Virgo non solum imperium*  
*civile & politicum, sed etiam spirituale*  
*in animas habet, cum singulariori*  
*titulo Carmelitarum Mater in eorum*  
*habitu morientibus fuerit pollicita e*  
*purgatoriis flammis depositionem. Hanc*  
*propositionem Petrus quoad impe-*  
*rium hoc spirituale revocabat.*
- VIII. *Absit, quod dicamus Christum*  
*pænam aliquam in inferis seu limbo*  
*sustinuisse; adiit enim locum pænæ sine*  
*pæna, licet sanctus Thomas contra-*  
*rium dicere videatur. Hanc propo-*  
*sitionem quatenus, ut sonat, sancto*  
*Doctori imponere videtur, revocare*  
*jussus est Petrus.*

IV. *Hist. Eccles. Tom.LVIII. F §. XXVII.*